

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas z
cum uariis

Ex eo quantum cuique satis est, metiuntur homines diuiciarum modum. Filiam quis habet, pecunia est opus, duas maiore, plurimas maiore eciam. Si, ut aiunt Danaum, quinquaginta sint filie, tot dotes magnam querunt pecuniam. Quantum enim cuique opus est, ad id accommodatur, ut ante dixi, diuiciarum modus. Qui igitur non filias plures sed innumerabiles cupiditates habet que breui tempore maximas copias exhaurire possint.

Seneca in quadam epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

maiore eciam. Si] maiore. Eciam si B M P V¹ V² L¹ L²; si, ut aiunt Danaum,] si (ut aiunt) Danaum V¹ V² L¹, si (ut aiunt) Danao L²; qui igitur non filias] quid igitur qui filias non V², quid de eo qui filias non L¹ L²; non filias] filias non P V¹; possint.] possint? L¹ L²